

necnon quocumq; mō uacantia et que p̄ nos uel au-
steritate nostra impoſterum ad eadē regimīna pro-
mouendum tpe p̄motionis h̄mōi obtinerēt qucuſ
mō impoſterum uacatura necnō etiā per aſſectioz
pacificā quorumcunq; prioratuū dignitatum pl̄na
tuum p̄bend̄ eccleſiarum ⁊ beneficiorū aliorum per
nos uel eundē Ioh̄em predeſeu auct̄itate noſtra
rum Ir̄arum uel eorum p̄deceſſorum collatorum et
cōferendorum impoſterum nunc uacantia et inantea
uacatura plena ſuper p̄miſſis omnibus et ſingulis cuz
fratribus noſtris in collatōne prehabita et matura
delib̄ratōe ſecuta ordinatōi diſpoſitōi ⁊ p̄uiſiōi
noſtre donec miſeratiōe diuina clemētia nos uniuersalis
eccleſie regimē poſſidere cōceſſit d̄ ipſorum
fratrum cōſilio auct̄itate apoſtolica reſeruamus.
Decernentes ex nunc irritum et inane. ſi ſec̄o ſuper
his et quolibet eorum per quocumq; quauis auct̄o-
ritate ſciēter uel ignoranter cōtigerit at̄ tēptari. nō
obſtān. quibuscunq; conſtitutōn roman. p̄t̄ificum
editis quatenus obliſtere poſſint ſuper enumeratis
articulis uel alicui ſeu aliq̄bus eorum. Nulli ergo oīo
hoīm uiceat hanc paginā noſtre reſeruatōis et con-
ſtitutionis infringere uel ei uſu temerario cōtrare.
Siquis autem hoc attemptare preſumpſerit indig-
nationem omnipotentis dei et beatorum petri et
pauli apoſtolorum ſe nouerit incurſurum. Datum
Aunio tertio idus Ianuarii pontificatus noſtri an-
no primo.

12
Bulla de beneficiis affectis
Paulus Episcopus seruus seruorum: Ad
perpetuam rei memoriam Ad Romani Pontif-
icis prouidentiam & circūſpectionem prouidā
ſpectare diuoſcitur dubia iuris: ex quibus lites
graues oriuntur indies: ſue declarationis ora-
culo terminare prout negotiorum qualitate &
temporum condicione inſpectis conſpexit in
domino ſalubriter expedire Cum itaq; nōnulli
Romani Pontifices predeceſſores noſtri: per
diuerſas eorum Conſtitutiones quas ſuo tēpore
dumtaxat durare uoluerint: quecunq; b̄n̄ficia
eccleſiaſtica que ſui & ſanctę Romane eccleſie
uiuentium: & tunc exiſtentium Cardinalium
familiares continui commenſales obtinebant &
impoſterum obtinerent: eorum familiaritate
durante: etiam ſi ab ipſa familiaritate per obi-
tum Cardinalium eorundem uel alias reſeſſi-
ſent: necnō illa que etiam fructuū & prouentuū
Camere apoſtolice debitorū Collectores: & qui
ipſorum predeceſſorum temporibus ſua officia
exercent uniti Succollectores durantibus eoz
officiis obtinebāt: ac in quibus uacauerint Cū
irritantis appoſitione decreti: & deinde prede-
ceſſoribus ipſis ſublatis de medio: ac eorum be-
nificiorum occurrentibus uacationibus: inter
utruſq; iuris it̄erpretes: etiā officiales Romane

MS

ca 1470
Rom. Ur. Stan.
Prot. 3351,
Cop. III. 4644 Defect
5W. 5728

Curie sepe numero hesitatum extiterit: an beneficia huiusmodi propter reservationem & decretum predicta reservata uel affecta remanserint: ita q̄ nullus preter Romanum Pontificem de illis disponere potuerit siue possit reservatione & decreto obsistentibus supradictis: At propter ambiguitatem huiusmodi uarias quoq̄ iurisperitorū opiniones: & disceptationes ipsas aduerteremus plerunq̄ pro reservatione & affectione premissis: interdum uero econtra pronunciatū & diffinitum fore: Nos qui uigilis more pastoris super hiis maturo prouidendum esse consilio non indigne censuimus: & propterea in singulis causis super quibusuis beneficiis ecclesiasticis eandem ambiguitatem quomodolibet concernentibus usq̄ ad nostrum beneplacitum supersederi mandauimus: cupientes quemadmodum nostro incumbit officio dubiis huiusmodi finem imponere: subditorum obuiare dispendiis & ne lites fiant penitus immortales: de oportuno remedio prouidere: Felicitis Recor-
dationis Urbani Quinti Gregorii Noni & Bonifacii Octaui Romanorum Pontificum etiam predecessorum nostrorum qui ad submo-
uenda altercationum fomenta & ambiguitates huiusmodi lucidandas: declarationes similes per suas litteras ediderunt: uestigiis inherendo:

Li. ii. : 400377

ac prouide considerantes effectum: per reserva-
tionem: manusq̄ appositionem eorundem pre-
decessorum in dictis beneficiis in esse productū:
per obitum ipsorum nequaq̄ censeri debere re-
uocatum Romani quoq̄ Pontificis manus
appositionem predictam tante efficacie: tantecq̄
uirtutis existere: ut si & littere apostolice super
prouisionibus beneficiorum: aut de prouiden-
do mandatis: in quibus decretum & reservatio
huiusmodi apponuntur ex aliqua causa suum
debitum non forciantur effectum: facultatem
tamen prouidendi de beneficiis taliter reserva-
tis quibuscunq̄ aliis fuisse ademptam: huius-
perpetue & irrefragabilis Constitutionis edicto:
de uenerabilium fratrum nostrorum sancte Ro-
mane ecclesie Cardinalium consilio: omnia &
singula beneficia ecclesiastica secularia: & cuius-
uis ordinis regularia: etiam si Prepositatus:
Canonicatus: prepositure: & prebende: digni-
tates: personatus: administrationes: uel officia
fuerint & ad illa consueuerint: qui per electionē
assumi: eisq̄ cura immineat animarum ut pre-
mittitur reservata: & per Romanos Pontifices
successores nostros canonice intrantes: im-
posterum reservanda actu: quouismodo uacantia
& inantea uacatura per huiusmodi reservationē
& decretum remansisse: & remanere semper

affecta : nullumq; de illis cum primum uacare contigerit preter eundem Romanum Pontificē ea uice quouismodo disponere potuisse : siue posse : harum serie decernimus : & pariter declaramus : q; tam in pendentibus : etiam per appellationem quam in futurum super eisdem beneficiis ut premittitur reseruatis committendis causis : per dilectos filios Magistros Cappellanos nostros causarum Palatii apostolici Auditores : atq; alios quoscunq; delegatos & Iudices ubilibet inuiolabiliter obseruari : & secundū premissa nec aliter sentētiari : & diffiniri uolumus atq; mandamus eis & eorū cuilibet : quauis alia super premissis : interpretādi facultate sublata : Decernētes ex nūc irritū & iane si secus super his a quoq; quauis auctoritate scienter uel ignorāter cōtingent attēptari . Nulli ergo omnino hominū liceat hāc paginā nrē cōstitutionis declarationis : uoluntatis : mandati & decreti infringere : uel ei ausu temerario cōtraire : Si quis autē hoc attemptare presumerit : indignationē omnipotentis dei & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursum : Datū Rome apud Sanctum Marcum Anno incarnationis dominice Millesimoquadringentesimo sexagesimo septimo Kalē Septembris Pontificatus nostri Anno Tercio .

8

Bulla contra Symoniacos
Paulus episcopus seruus seruorum dei . Ad perpetuam rei memoriā . Cum detestabile scelus Simoniace prauitatis tam diuinay q; Sacroy Canonum auctoritas abhorreat atq; damnet . Nos considerantes q; plures penarū grauitas q; dei timor arcere solet a uolūtate peccandi ac sumis desideriis affectantes ut hoc pestiferū uiciū non ex usu solum sed etiā ex mentibus hominū saltem propter penarū metū penitus euellatur . predecessorum nostrorum Romanoy Pontificū uestigiis inherentes : ac etiam omēs & singulas Excomunicationis . Suspensionis . priuationis . interdicti . sententias . censuras & penas dudū a Romanis Pontificibus predictis & pro talibus reputatis cōtra Symoniacos quomodolibet latas : & illos quos cuiuscunq; status . gradus . ordinis . cōdicionis uel preeminētie fuerit . etiā si Cardinalatus . Patriarchali . Episcopali . Regali . Regnali . uel alia quauis ecclesiastica seu mundana dignitatibus prefulgeant & eorum quēlibet tam manifestū q; occultum ipso facto incurrere uolumus Confirmantes & innouātes apostolica auctoritate declaramus q; omnes illi qui Simoniace ordinati fuerint a suorū sint ordinum executione suspēsi . Per electiones uero . postulationes . cōfirmationes . prouisiones . seu

quasuis alias dispositiones quas Simoniaca cō-
tigerit labe fieri & que iuribus omnino careant
in ecclesiis . monasteriis . dignitatibus . perso-
natibus . officiis ecclesiasticis & quibusuis bene-
ficiis aut aliquo eorum cuiq̄ ius nullatenus ac-
quiratur nec ide faciat aliquis fructus suos sed
ad illoꝝ omniū que percepit restitutionem sub
anime sue periculo sit astrictus . Statuētes pre-
terea q̄ uniuersi & singuli etiā premissis dignita-
tibus pediti qui quomodolibet dando uel reci-
piendo Simoniam cōmiserint aut quod illa fiat
mediatores steterit seu procurauerit sententiam
excōmunicationis icurrāt a qua nisi a Romano
Pontifice pro tempore existente non possint ab-
soluti preterq̄ in mortis articulo constituti . Et ut
huiusmodi labis cōtagio frequētius reprimatur
omnibus & singulis ecclesiasticis secularibusq̄
personis cuiuscūq̄ dignitatis . status . gradus .
ordinis uel conditionis fuerint in uirtute sancte
obedientie districtius iniungimus ut eos omnes
quos Simoniā huiusmodi cōmisisse uel procu-
rassē aut in ea mediatores esse scuerint Pōtifi
predicto uel cui idē Pontifex duxerit cōmittēdū
per se uel alios reuelare quātotius nō obmittāt .
Pro reuelatione huiusmodi etiam si complices
fuerint non solum uenjā a nobis sed etiā grām
consecuturi . Si eorum iudicio participes tanti

9
criminis ualeant coerceri . Quod si non fecerint
absoluti non ualeant donec predicta reuelent &
complices huiusmodi detecti artius punientur .
Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginā
nostre cōfirmationis . inouationis . declaratiōis
& uolūtatis infringere uel ei ausu temerario cō-
traire . Si quis autem hoc attemptare presūserit .
Indignationem omnipotentis dei & beatorum
Petri & Pauli apostoloꝝ eius se nouerit incur-
surum Datum Rome apud sanctum Petrum
Anno icarnationis domenice . Millesimoqua-
dringentesimosexagesimoquarto Nono Kalñ .
Decembris . Pontificatus nostri Anno Primo
Publicata die Vicesimaquarta Nouembris
Anno predicto .

Bulla de casibus reseruatīs

Paulus episcopus seruus seruoꝝ dei . Ad
futuram rei memoriam . Et si domnici gregis
saluti semper intenti : singulis cum humilitate
poscentibus ea benigne concedere studeamus :
per que peccatorum mole deposita salus ipsa
succedat : & ab hostis humani generis seruitu-
te : ereptas animas lucrifaciamus altissimo qui
nobis eas sua bonitate cōmisit : id tñ propēsiori
studio precauendum esse censemus ne cuiusuis
indulgentie remissionis uel facultatis obtentu

Christifideles procliuiores ad illicita impostarum
committenda reddantur: aut facilitas uenie eis
peccandi tribuat incentiuum. Hac itaque considera-
tione habita: olim emanauit a nobis constitutio
tenoris subsequens uidelicet. Sanctissimus
in Christo pater & dominus noster dominus
Paulus diuina prouidentia papa Secundus Qui
pridem super plenariis remissionibus: que semel
in uita & semel in mortis articulo conceduntur:
formam & normam instituit. ne passim sine ex-
ceptione quorumcunque criminum procliuiores
redderentur homines ad peccandum. per regulam
in Cancellaria apostolica publicatam. statuit &
ordinauit. quod in quibuscunque concessionibus &
facultatibus absoluendi: casus infrascripti tanquam
speciales sedi apostolice reseruati semper intelli-
gerentur excepti: uidelicet offense ecclesiastice
libertatis: uiolationis interdicti ab eadem sede
impositi: criminum heresis conspirationis in per-
sonam aut statum Romani Pontificis seu cuiusuis
offense iobedientie seu rebellionis eiusdem Ponti-
ficis uel sedis apostolice Presbitericidii: offense
personalis in Episcopum seu alium prelatum. Inua-
sionis depredationis. occupationis aut deuasta-
tionis terrarum Romane ecclesie mediate uel
immediate subiectarum: ac etiam inuasionis Romi-
petarum seu quorumcunque aliorum ad Romanam

10
Curiam uenientium. Prohibitionis deuolutionis
causarum ad dictam Curiam. Delationis armorum
& aliorum prohibitorum ad partes infidelium: Im-
positionis nouorum onerum realium uel personali-
um ecclesiis uel ecclesiasticis personis. Simonie sur-
per ordinibus uel beneficiis assequendis in eadem
curia uel extra contracte. Et generaliter in ca-
sibus contentis in bulla que consueuit in die cene
domini per predecessores suos Romanos Pontifices
publicari. Considerans quod plerumque contingit suam
sanctitatem huiusmodi facultates & confessionalia
tam presentibus quam absentibus etiam arculo uiue
uocis concedere. ne pretextu concessiois huiusmo-
di uel penitentes uel confessores in suprascriptis
casibus fallantur & fallant: statuit & decreuit
sue intentionis fuisse & esse per quascunque conces-
siones & facultates per suam sanctitatem tam
scripto quam uerbo factas & impostarum faciendas.
nemini licere irretitos dictis casibus absolvere
sine speciali sue sanctitatis licentia quinimo conces-
siones & indulta predicta quo ad casus exceptos
huiusmodi nulli penitus suffragari. Ut autem
ipsa constitutio que dudum scilicet Quinto Kalendas
Aprilis Anni ab incarnatione domini nostri Iesu
Christi Millesimiquadringentesimisexagesimi-
sexti. Pontificatus nostri Anno Secundo Publicata
fuit: eisdem Christifidelibus plenius innotescat.

nullusq; illius ignorantiam pretendere ualeat in
futur. presentibus inseri fecimus . ut ad maiorē
omniū perueniat notionē . Nulli ergo omnino
hominū liceat hanc paginam nostror. statuti .
ordinationis . & decreti infringere uel ei ausu re/
merario contraire . Si quis autem hoc attēptare
presumerit : Indignationē omnipotentis dei &
beator. Petri & Pauli apostolor. eius se nouerit
incursum . Datum Rome apud Sanctū Petrū
Anno incarnationis dominice Millesimoqua/
drigesimo sexagesimo octauo Quinto Nonas
Marcii Pontificatus nostri Anno Quinto .

Præuilegium curialium

Eugenius Episcopus seruus seruor. dei . Ad
perpetuam rei memoriam Diuina in eminentis
sedis apostolice speculo disponente clementia :
constituti ad ea libēter intendimus per que offi/
ciales predictę sedis obsequiis eius ad quam
ueluti fidelium omniū matrem pro animarum
salute querēda & iusticia prosequēda de diuersis
mūdi partibus cōfluit multitudo : tutius & qui/
etius se promtiores ualeant exhibere . Hinc ē q̄
nos ex certis rationabilibus causis moti : etiam
nonnullorum predecessor. nostrorum uestigiis
inherentes Distinctius inhibemus locor. ordi/
nariis : Necnō Cōmissariis & delegatis eorum

Ceterisq; uniuerſis & singulis quacūq; potestate
& auctoritate prefulgeant : cuiuscūq; dignitatis
gradus uel preeminente fuerint : Ne cōtra offi/
ciales prefatos quocunq; nomīe nūcupentur . in
nr̄is & dictę sedis obsequiis nūc & pro tēpore
existentes Necnon quoscunq; alios pro suis &
eorum causis uel negociis prosequēdis ad sedē
predictā uenientes ac in ea durantes negotior.
& causar. huiusmodi prosequitiōe morā trahētes
& recedētes ab eadē procedere aut in eos excō/
municatiōis suspēſionis uel interditi aut priua/
tionis officior. aut bñficior. : seu quāuis aliam
sententiā promulgare presumāt . Nos enī om̄s &
singulos processus & sententias cōtra tenorē &
mentem nostre inhibitionis huiusmodi latas &
habitas & impostor. habendas ac etiā promul/
gādas & quecūq; inde secuta declaramus nulla
irrita & inania nulliusq; extitisse uel existere ro/
boris uel momenti Necnō quicquid in cōtrariū
a quoq; quauis auctoritate scienter uel ignorāter
attemperatū forsā est hactenus uel imposterum
contigerit attemperari etiam decernimus irritum
& inane Et nichilominus in omnes & singulos
ordinarios & officiales cōmissarios & delegatos
eorū qui se de dignitatibus ac bñficiis ecclesia/
sticis quibuscūq; officialium aut negotia huius/
modi apud dictā sedē prosequentiū predictor.

Eos illis forsā priuando atq; priuatos decer-
nendo seu declarando uel cuiuscūq; priuationis
pretextu illa personis aliis conferendo seu de
illis in eos quomodolibet se intromittendo tam
in dantes q̄ in recipientes excommunicationis
suspensionis & interdicti latis sententias pro-
mulgamus quas uolumus eos ipso facto in-
currere A qua quidē excōmunicationis sentētia
absolui nequeant preterq̄ a nobis uel per nos
deputandos preterq̄ in mortis articulo consti-
tuti Premissa autem a die afflictionis presentium
ad ualuas Basilice principis apostolorum de
urbe ex certa scientia quoscūq; ligare uolu-
mus & artari Non obstantibus apostolicis &
in quibuscūq; generalibus aut prouintiali-
bus aut Sinodalibus consiliis editis Consti-
tutionibus & ordinationibus: apostolicis pri-
uilegiis Etiam si de illis eorūq; totis tenoribus
effectus huiusmodi habenda esset in presenti-
bus mentio specialis & que presentibus uolu-
mus habere pro sufficienter expressis ceterisq;
contrariis quibuscūq;. Nulli ergo omnino
hominum liceat hanc paginam nostre inhibi-
tionis declarationis constitutionis & uoluntatis
infringere uel ei ausu temerario contraire Si
quis autem hoc attemptare presumpserit In-
dignationem omnipotentis dei & beatorum

Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit
incursum . Datum Rome Apud Sanctum
Petrum Anno incarnationis dominice Mil-
lesimoquadringentesimotricesimo secūdo Octa-
uo Idus Marcii Pontificatus nostri Anno
Secundo .